



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Industria XIV. Declarat, cur & quomodo nos sub potenti Dei manu
humiliemus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

INDUSTRIA XIV.

Humiliationis.

Decima quarta Industria supponit omnimodam nostri dependentiam ab actuali DEi presentis influxu, à quo non solum, quovis momento corpus & anima, virtus & efficacia sensuum, exteriores & interiores nostræ potentia & ipsæ operationes naturales sine ullo nostro merito vel jure, quod erga Deum pretendere possimus, ut hac beneficia conferre teneretur, nobis communicantur; sed insuper ab eadem infinità & presente Maiestate longè magis supernaturale nostrum Esse, Possè, & Operari quovis vite no-

L 5 stra

stra instanti nobis donatur non tantum sine precedenti nostro merito aut obligatione, quae Deum ad illa danda obstringeret, sed potius stante nostro demerito & obligatione (ut ita dicam) ipsius Dei, similia nobis denegandi, aut iam data auferendi ob peccata & ingritudines nostras, sicut facile ex iamjam dicendis clarius apparebit. Hoc posito tibi dijudicandum relinquo, si lux, quae singulis instantibus quoad existentiam suam & vim illuminandi à sole dependet, ratiocinationis capax esset, & necessariam suam ex natura lege à sole dependentiam cognosceret, in quos non affectus recognitionis & gratitudinis erga Solem

pro-
se
pro
nota
per
de
nib
tem
Sol
de
age
lig
elic
les
lem
ma
ni
&
su

prorumperet? quàm humili confessione suam ab ipso dependentiam profiteretur, sine ullà arrogantie notà, quasi à se ipsa vel minimam perfectionem obtineret? quàm vereretur, ne in pristinum suum nihilum relaberetur, si vel minimo tempore actualem suum influxum Sol suspenderet? Et ita loquendo de alijs affectibus. Quod si lux ista ageret, scias te infinites maiori obligatione et necessitate teneri ad eliciendos prædictos aliòsque similes affectus erga Deum verum Solem tuum, quò, infinites scilicet, maior est tua dependentia et omnium creaturarum in Esse, Posse et Operari tam naturali quàm supernaturali à continuo influxu

L. 6 presen-

praesentissimi DEI nostri, qui ab
 omni alio independens est. Sed in
 veritatem istam, qua summi no-
 menti est, magis distinctè & cum
 fructu cordi tuo impressam gerat,
 placet illam sequentibus punctis
 fusiùs explicare.

**PRINCIPALES QUÆ-
 DAM GRATIÆ DOMINI
 DE Christiano & Religioso
 homini necessariae ad perfectè con-
 sequendum ultimum suum
 finem.**

Prima est, Gratia praeservans ne
 occurrant tentationes, & pericu-
 la animæ & corporis.

2. Ut, si tentationes aut pericula
 occurrerint, ab ijs tamen non vinca-
 mur, nec cadamus: quæ gratia & au-
 xilium divinum tanto oportet esse

maius,